


# RESPONSUM.


Sacra Regia Altis Nuncio Generoso Dño Johanni Wielkopiensky  
Secretario Regio in conventu Maraburgen Ho 1609  
10 Masi, i Statibus & Ordinibus Terra-  
rum Prensia datam.

Gratiam & Clementiam singularem, qua hase terras S. R. Altas paterre  
conspicitur, ex Dño Nuncio Status & Ordines summa cum animorum gra-  
titudine intellexerunt, rogantq; vicissim Dñm Nuncium, ut sua paratissima  
fidei, subiectionis & venerationis studia & obsequia S. R. Altis confirma-  
re velit. Gratias etiam agunt S. R. Altis Status & Ordines quam  
possunt maximas, quod tanta benignitate & clementia, indefessis Reipubl.  
motibus compositis, curam & sollicitudinem suam ad propulsandos hostes, ac di-  
latandos Regni fines conferre dignatur; Deumq; precantur ut omnia ad in-  
mortalem S. R. Altis gloriam felicissime exornent. Ad subsidia  
vero Contributionis quod attinet, sicut indefesso antebac studio S. R. Altis  
& Reipub. promptitudinem suam Status & Ordines semper declararunt,  
ita nunc quoq; tam evidentibus Reipubl. necessitatibus permoti, Agraria  
am & Accisa Contributionem in unum annum juxta literas suas Universa-  
les laudarunt, idq; unanimi consensu; praterquam quod in Palatinatu  
Pomerania nunciij districtus Dirschowensis, non nisi contribuentibus omnibus  
Regni Palatinatibus, mandata consentiendi Contributionem, se habere allega-  
rent, cum tamen Spirituales & Tenentiarij honorum Regiorum, ac alij No-  
biles in Contributionem consenserint, & Districtus Schlobowensis  
Nunciij ob contraria mandata nullam omnino Contributionem sciscere fo-  
tuerint. Cum autem Incole harum Terrarum jam à multis annis dif-  
ficillimis Teloniorum exactionibus, praesertim in Camera Dirschowensi &  
ad Jordanum summoferre premantur, & proximis etiam Comitibus per Con-  
stitutionem de Depositorio, merces suas extra Regni fines excedendi

libera facultas, contra Jura & Privilegia Terrarum Prussiae, ipsis  
adenta videatur, ac nuper etiam salis transmarini subreptio in  
ipsa Prussia à Teloneatoribus prohiberi coepit & sic, necessarium  
duxerunt Status & Ordines à colligenda exigendaq; ista Contributione  
tam diu supersedere. donec S. R. Mtes exactiones illas Daborienses &  
ad foedaram peritus abrogari, liberamq; extra fines Regni merces suas  
crebendi Prutenis facultatem & salis transmarini subreptionem per  
mitti clementissime mandaverit. Quae, cum S. R. Mtes pro sua Cle  
mentia benignissime concessuram Status & Ordines non dubitent ita  
etiam in posterum omnia fidelitatis, & subreptionis obsequia paratissi  
ma S. R. Mti declarare pergerint. Ceterum petunt etiam, ea qua  
par est Veneratione Status & Ordines dignetur S. R. Mtes pro  
videre, ut in locum Administratoris Hedmicensis, alius eiusdem  
Capitaneatus Administrator, qui sit hujus terrae indigena & possessi  
onatus, substituatúr. Deinde ut officina monetaria Marienburgi  
instauraretur, praesertim cum defectu minutioris monetae Terra Prussia  
admodum laboret, & vitiosissima in eadem incedatur. Tertio quan  
doquidem intellexerant Status & Ordines S. R. Mtem Commissionem in Du  
catum Prussia decrevisse, S. R. Mtem rogant, dignetur Dnis Commissa  
eius negotium istud diligenter commendare, ut aequi Principis & foeda  
rum Prussiae Jurium & Privilegiorum digna ratio habeatur. Quarto  
petunt Status & Ordines ne in posterum ex mandato S. R.  
Mtis absq; ipsorum consensu miles in Terris Prussiae conscribatúr, &  
in stativis cum aggravatione Subditorum disponatur. Quinto non putarant  
etiam Status & Ordines reticendam esse injuriam gravem Nobili Sabiano  
Wolsky ab illius cognatis sub praetextu Curatoria S. R. Mtis ipsi illatam,  
eò quod non solum bona ipsius vi occuparint, verum etiam personam eius in  
captivitate adduc detineant: Cum autem Curatoria non ea mente à S.

R. Mte data sit ut persona illius, quasi in privatis carceribus detineta, rogaret  
S. R. Mtem Status & Ordines, ut Curatoriam illam ad se vicissim revocare dignetur  
Ultimo petunt ut S. R. Mtas ad officium fossae circa Rogatsum obsidendum  
ne tota Insula Alaraburgen ex ruptura aggerum propter impetum fluminis  
aliquando peritus inundetur, remedium aliquod mature adhiberi Clementissime  
jubeat. Quod superest S. R. Mti Dno suo Clementissimo debita Subje-  
ctionis & sinceritatis studia Status & Ordines iterum atq; iterum humilime  
deferunt, & S. R. Mtem diutissime supersitem esse, feliciter inq; regimine uti  
urice exoptant. In quorum fidem sigillum harum Terrarum presentibus  
est subappressum. Datum & datum loco & die ut supra.





Handwritten text in a cursive script, possibly a signature or a date, located in the lower right quadrant of the page.